



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Guillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXIX. De ærarii custodibus, quos ταμίας Græci dicunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

*De ærarii custodibus, quos
ταμίαις Græci dicunt.*

DECEM numero erant æra-
rii publici dispensatores, qui
præsentibus senatoribus viris ex
ipso ærario in Palladio, de quo
egi, adseruari solito, quantum
ipse publici usus necessitates exi-
gerent, desumere solebant, præci-
pueque in rem nauticam fartam,
tectamq; conservandam, ex qua
frequenter non tantum Athenarum,
sed totius Græciæ salus pen-
dere visa. Duas vero potissimum
naves insigni magnitudine nomi-
ne publico curabant, quarum una
περάλιος, altera *ἄμμαν* diceba-
tur; quanvis non desunt authores
qui cum *περάλιος ταλαμινέων* iun-
gant. Præter ærarii dispensatio-
nem, Palladis auream imagi-
nem,

nem, victoriarum monumenta à ducibus data, reliquorumque sacrorum ornatum in publicis supplicationibus obviam senatui euntes deferebant: quod factitari solitum lego ab his quos Græci *πολακέρτας, ἐφόρες, φύλακας, ταμίῃχες, διοικητάς* vocant. Adserit vero Harpocratio esse eiusdem dignitatis vocabula inde dicta, quod conderent, servarent, promerent, dispensarent. Interpretes orationis Demosthenis *καὶ πρεκράτας*, ait locum fuisse in portica arcis parte, quam *ἀκρωπόλιν* nominant, hincque dictum *ὀπισθόδομον, & ταμίσιον*, quod omnes omnium fanorum pecuniæ eo congerentur: ubi ait contigisse aliquando ut à fœneratoribus averisæ per Tamias pecuniæ desiderarentur, factumque inde ut qui tunc *ταμίαι*, essent, ærarium incenderent, ne illorum apparerent furta, & negligentia.

Demosthenes philippica tertia
 hos *ταμίας δημοσίως*, publicos
 adseruatores, quos vulgus no-
 strum thesaurarios parsimoniae,
 aut simpliciter vocat. quod vero
 & pecunias suppeditent, prima
 philippica *περὶ τὰς ταμίας* dixit.

C A P. XXX.

*Περὶ ἑκλωταμίων, quos La-
 tine Græcia quaestores
 dicere possis.*

TA M I' A I me admonere
ἑκλωταμίων. quorum mu-
 nus erat eas pecunias excipere,
 & administrare, quæ ex parte
 Græciæ Atheniensibus parente
 colligebantur, ut idem illi in sa-
 cris, quod isti in indictionalibus
 agerent. Pollux ait & insularum
 proventum exigere, & excipere
 solitos. Hanc vero tradunt Græ-
 ci authores nominis rationem.
 Post